DE

VOMITORIIS.

DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICA
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS
IN
ALMA LITERARUM UNIVERSITATE
FRIDERICA GUILELMA
UT SUMMI
IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES
RITE SIBI CONCEDANTUR
DIE XV. M. APRILIS A. MDCCCXXXV.
H. L. Q. S.
PUBLICE DEFENDET
AUCTOR

FRID. EDUARDUS ENGELHARDT
NEOMARCHICUS.

OPPONENTIBUS:
R. SCHWEITZER, MED. ET CHIR. DR.
E. SALBACH, MED. ET CHIR. DD.
R. RIESE, MED. ET CHIR. CAND.

BEROLINI,
TYPIS NIETACKIANIS.

Duo sunt praecipue medicinae cardines: ratio et observatio; servatio tamen est filum, ad quod dirigi debent medico ratiocinia.

Bagliv. prax. med. Libr. 1. c. 2. §.

VIRO

AMPLISSIMO, EXPERIENTISSIMO,
HUMANISSIMO

I. L. TRUESTEDT,

MEDICINAE ET CHIRURGIAE DOCTORI, PROFESSORI IN UNIVERSITATE LITERARIA FRIDERICA GUILELMA, DIRECTORI INSTITUTI POLICLINICI, REGI BORUSSORUM A CONSILIIS MEDICIS INTIMIS, SUPREMI COLLEGII AD REGENDAS RES SACRAS ET MEDICAS ET INSTITUTIONEM PUBLICAM SODALI, ORDINIS AQUILAE RUBRAE ET CRUCIS FERREAE EQUITI ETC. ETC.

PRAECEPTORI SUMMA PIETATE COLENDO

NEC NON

PATRI OPTIMO

F. B. ENGELHARDT,

REGI BORUSSORUM POTENTISSIMO A CONSILIIS INTIMIS, COLLEGII NOTIONIBUS, QUAE DICUNTUR, STATISTICIS CONCINNANDIS DICATI MEMBRO, NEC NON SOCIETATUM QUAE INTER BEROLINENSES ILLUSTRANDAE GEOGRAPHIAE, INTER POMERANOS ENUCLEANDAE HISTORIAE ET ARCHAEOLOGIAE, ET INTER DANOS INDAGANDIS ANTIQUITATIBUS ARCTICIS OPERAM NAVANT SODALI, ORDINIS AQUILAE RUBRAE EQUITI ETC. ETC.

USQUE AD CINERES COLENDO

HOCCE

OPUSCULUM INAUGURALE

PIO GRATOQUE ANIMO

D. D. D.

AUCTOR.

PROOEMIUM.

Quum veterum more atque legis auctoritate mihi quoque dissertatio inauguralis scribenda esset, dubius in eligenda materia diu valdeque haesitavi. In vasto artis medicae campo nihil invenire poteram, quod non jam a viris doctissimis ad summam perfectionem redactum sit, et ea, quae majori perfectione et claritate adhuc carent, talia sunt, ut vires meas superent, quum majorem experientiam et eruditionem requirant, quam ego proferre possim Itaque ad quoddam materiae medicae, quae doctrina maxime mihi arridet, caput me converti et de vomitoriis nonnulla disserere ausus sum. Sed in hac quoque tractatione fere

omnia sunt perfecta et explorata, ita ut nihi novi attulisse videas. Quae ergo hac in dis- sertatione memorata invenies, ex libris viro- rum doctissimorum solummodo composita at- que inter se collata videbis. Quatenus labo- rem exegi, haud dijudicaverim; persuasum au- tem mihi habeo, summum viris doctissimis esse non rem oblatam, sed mentem, qua oblata sit. Lecturi hasce studiorum primitias benevole atque indulgenter accipiatis velim.

LIBRI

QUIBUS IN ELABORANDA HAC DISSERTATIONE USUS SUM.

S. Kragel. Diss. de methodo emetica. Vienn. 1785.

J. Fothergill. Ueber den Gebrauch der Brechmittel, in dessen sämmtlichen Schriften I. Bd. Altenb. 1785.

J. W. Neumann. Vertheidigung der oft vernachläſsigten Brechmittel. Wismar 1786.

A. F. Metternich. Von dem Schaden der Brechmittel in der Lungensucht. Mainz 1791.

Ant. Dorn's Abhandlung über die Brechen erregende Methode überhaupt, und die vorzüglichsten Brechmittel insbesondere etc. Bamb. u. Würzburg 1795.

Magendie. De l'influence de l'émetique sur l'homme et sur les animaux. Paris 1815.

E. Boehr. Diss. de vera vomitus theoria contra sententiam a clar. viro Magendie nuper propositam. Berol. 1816.

D. G. Kieser. System der Medicin. Halle 1819.

J. Hergenröther. Grundriſs der allgemeinen Heilmittellehre. Sulzbach 1825.

C. Sundelin. Handbuch der speziellen Heilmittellehre. Berlin 1828.

Pharmacopoea borussica. Editio quinta. Berol. 1829.

A. F. Hecker's praktische Arzneimittellehre. Gotha und Erfurt 1830.

Ph. Fr. W. Vogt. Lehrbuch der Pharmacodynamik. Wien 1831.

Cap. I.
GENERALIA DE VOMITORIIS.

Medicinae historia nos docet, complures
rincipio saeculi praeterlapsi medicos vomi-
us causam proximam tantummodo in con-
ulsiva contractilitate musculorum abdominis
t diaphragmatis, in otioso statu ventriculi
osuisse. »Atqui neoterici volunt, omnem
omitum oriri ex convulsione musculorum
bdominis« ait *Boerhaave* in »Tract. de virib.
nedicam. S. 243 de vomitoriis«. Sed novis-
imis temporibus non dubitari potest, quin
omitus sit status, quo contractilitate et motu
ntiperistaltico ventriculi et intestini duodeni,
perantibus musculis abdominis et diaphrag-
nate, ventriculi et intestini duodeni (illius
erte partis supra mesocolon) contenta ex
re propelluntur. Quae exinanitio potissimum
uidem vomitoriorum effectu producitur, sed
on solus effectus hic est, non minoris mo-

menti aliae quoque efficaciae animadvertunt ad quarum contemplationem hoc loco pau aggrediar. Effectus vomitoriorum principal sunt:

1) Debilitatio ventriculi indeque muci succi gastrici salivaeque in ore secretio auc

2) Excretio eorum, quae oesophago, ve triculo, saepe etiam quae duodeno et intes nis tenuibus continentur.

3) Intestinorum abdominalium pressio.

4) Exspiratio aucta et frequens, inspirat contra suppressa.

5) Congestio sanguinis in caput, mu nasalis secretio aucta cerebri oculorumqu incitatio major.

6) Musculorum et systematis sanguife incitatio subsequente relaxatione, quae sudo finitur. Pulsum jam antea tardum post v mitorium propinatum tardiorem invenimus.

7) Diarrhoea haud raro vomitum insequ tur, partim vomitorii vi ipsa etiam in part tubi intestinalis inferiores agente, partim e bile nimia et succis entericis durante vomi secretis orta. Nonnunquam vero obstruct alvi sequitur, si energia superioris et inferi ris partis tubi alimentarii aequalis est, et v mitus motum peristalticum indeque diarrhoea retinere potest.

Varii igitur et multi sunt effectus ex usu ›mitoriorum, et utilitatem et detrimenta vo- ›itus in morbis sanandis adducere potest; ıa de causa medici est, utrumqne prospicere. uaenam igitur sint utilitates et detrimenta, capite de vomitoriorum indicationibus et ›ntraindicationibus jam videbimus-

Cap. II.
E VOMITUS ACTU ET MECHANISMO.

Motus, e quibus vomitus mechanismus con- at, vehementer, ex intervallo et quasi con- ılsive proveniunt, itaque organa quae dia- ıragmati et intestinorum superiori parti sub- cta sunt, pulmones, hepar, lien, imo vero nes, uterus, violenter concutiuntur.

Multo aut paulo post, vomitorio sumto, iusquam vomitus ipse exstiterit, nausea ori- r, quae ipsa pro diversa cujusque aegri nstitutione angustiam praecordiorum, respi- tionem auctam et molestam, caput dolens, ılsum celerem et frequentem, singultus, ru- ıs et his similes motus comites habet, nunc aviores, nunc leniores, et vel semel atque rum recurrit, vel vomitum proxime ante- dit. Deinde sensus in ore, in faucibus imo ventriculo molestus nausea continuo aucta, lor, oppressio in regione epigastrica, ex-

puitio frequens, pallor faciei, horror aliquand
singultus, ructus, anxietas, vomendi conat
irriti; tunc mox contrahuntur, mox iter
laxantur iterumque tenduntur musculi abd
minis, et sudores, saepe frigidi, in front
superficiemque universam corporis, erumpu
lacrimantur oculi naresque stillant, rubet nu
facies tumetque. Ubi tandem ad acmen pe
venit vomendi conatus, contractio spasti
vehementissima musculorum huc pertinentiu
sanguinis in capite et pulmonibus congesti
sensuum turbationes, surditatis varii gradu
visus obfuscatus, tenebrae et phaenomen
quae ante oculos versantur, vertigo cum tr
more artuum, respiratio difficilis ac vehemer
anxietas, tussis, angustia pectoris, motus d
nique antiperistalticus ventriculi, quo omn
quae continet, ex ore ejicit, animadvertunt

Quibus omnibus finitis, convalescen
conspicua redditur: totum corpus rursus c
lescit, pulsusque molles, parvi ac frequent
fiunt. Lassitudo et magna irritabilitas so
num requirunt, quocum deinde sudor, au
bilis, salivae, lacrymarum, humorumque re
quorum intestinalium secretio et motus pe
stalticus fortior se conjungunt. Postre
melior evadit cibi appetitus ejusque concoct
Tametsi autem hac descripta ratione pleru

que res geritur, tamen nunc minores, nunc majores etiam turbas vomitus movet.

Cap. III.
DE VOMITORIORUM INDICATIONIBUS.

Primo obtuitu nihil videtur facilius, quam reperire ea, quae vomitoriorum usum exposcant; at si consideramus, quanta saepe morbosorum processuum, inter se diversissimorum, complicatio in corpore vigeat, vix diffitebimur, longe interdum deliberatione opus esse, ut, quid faciendum sit quidve omittendum, intelligatur. Exclusis omnibus, vomitoriorum usum sub conditione, aut cum restrictione concedentibus, de quibus postea, haec generatim praecipienda mihi videntur.

Vomitoria eo consilio adhibentur: ut res nocentes e pharynge, oesophago, ventriculo et vesicula fellea, sive ex ipsa inferiori parte intestinorum, e partibus juxta canalem intestinorum positis, e larynge, trachea et pulmonibus, vel ex utero, ureteribus, vesica urinaria et ductu choledocho evacuentur, ubi resorberi nequeunt et plus detrimenti afferre possunt, quam debilitas e vomitu provocanda, quales sunt: venena, praecipue ea, quae haud facile per se ipsum vomitum promoveant, ut venena acria, ciborum nimia copia, (in quo

quidem casu plerumque vomitus spontaneus existit, et a re ambigua sibi cavere medicum sane decet), corpora dura, contagia inhausta.

Res nocentes quae educendae sunt, praecipue apud aegros febri gastrica affectos, inveniuntur, iisque maxime conveniunt vomitoria, qui aut sequela febris gastricae, aut pleuritide biliosa, anginaque biliosa laborant. In rheumatismo acuto, gastrico, catarrho gastrico, erysipelate, arthritide, in exanthematibus omninoque omnibus morbis, qui in nociva materie seu gastrica saburra nituntur, aut cum ea conjuncti sunt, vomitoria indicantur.

Porro requiruntur vomitoria, ut pus e pulmone et larynge exspuatur, ut abscessus pulmonum clausi aperiantur, sed tum vomitoria sunt temeraria, quoniam suffocationem quam celerrime adducere possunt. Si mucus ex arteria aspera ejicitur, et reagendi vis apta deest, ut prae ceteris apud aegros angina membranacea affectos, vomitoria palmam ferunt; saepe vero substituendus est fumans excitans, sin autem celerrime magna muci copia in infantum pulmonibus secernitur, haud raro a solis vomitoriis salus est petenda.

Si vesicae urinariae contenta sua extrudendi vi caret, tam e vomitu musculorum

abdominalium orta contractio, forsitan morbum levare potest.

Ad sensibilitatem totius corporis una cum exhalatione cutis ceterisque secretionibus augendam, vomitoria commendantur. Quem in scopum in morbis nervorum, febribus, exanthematibus chronicis et acutis, variolis, morbillis, in scabie suppressa, arthritide, in epilepsia a morbis cutaneis suppressis oriunda, in hydrope vario, in haemorrhoidibus coecis et suppressis, in telae cellulosae, testiculorum induratione, phthisi tuberculosa cum inflammatione non conjuncta, aliisque multis morbis vomitoria magno cum fructu adhiberi possunt.

Usus vomitoriorum comprobatus est ad sudorem excitandum; sed multa nobis sunt remedia sudorifera, ventriculum haud debilitantia, quare ad hunc scopum adtingendum vomitoria rejicienda esse censeo. Adhibenda vero sunt vomitoria, si morbi epidemici et contagiosi prophylaxin postulant, exempli gratia febres nervosae, putridae, scarlatinae, tussis convulsiva, typhus, raphania, diarrhoea, vel ubi maligna erupit scarlatina, melior ejus indoles vomitorio fortasse redditur. In quo casu vomitoriorum effectus non in eo, quod contagium e corpore ejiciunt, sed in peculiari

vitae processu, quo superantur contagii vire niti credibile est.

Vitalia locali vomitus irritatione ope co sensus saepius oportet, ubi homines, qui ve mortui non videntur, resuscitandi sunt, u tetano, paralysi, apoplexiae nervosae, mela choliae et malo hypochondriaco, cui prae c teris refractae vomitoriorum dosis taediu tantummodo excitantes conveniunt, mede studemus.

Denique vomitionibus salivae succorumqu intestinalium jactura corpus debilitare oporte ubi exempli gratia intentio virium modu excedens hac ratione minuenda aut humore aliaque corpora resorbenda videntur.

Cap. IV.
DE VOMITORIORUM CONTRAINDICA-TIONIBUS.

Indicationes opinatae ad vomitoriorum usum, majorem fere diligentiam requirun quam ipsae contraindicationes. Taediun nausea et spontaneus vomitus saepe quide vomitoriorum indicationes habentur, interdu autem eorum causae sunt morbi, qui emet corum usum vetant. Huc pertinent prae om nibus vomitus biliosus vehementissimus, q saepe in laesionibus et inflammationibus cere

bri oritur. In quo casu praecipue respectus habendus est ad cerebri localem affectionem; sub quibusdam autem conditionibus, inprimis si sanguinis detractiones antea institutae sunt, nihil est, quod ab usu lenium vomitoriorum abhorreamus, quia saepe extra modum fel secretum e ventriculo removentia indicata sunt.

In hominibus qui ex pressione abdominis detrimentum et affectionem letalem capere possunt, exempli gratia homines herniis praediti; mulieres gravidae, inprimis prioribus graviditatis mensibus, quibus abortus metuendus est; ita etiam in feminis copiose menstruatis; vel in hominibus fluxui haemorrhoidali nimio et calculis biliosis obnoxiis, vomitoria caute adhibeantur.

Vomitoria haud prosunt ventriculo, nimia sensibilitate insigni, cui fortasse spasmos vehementes, haemorrhagias, vel inflammationes magnamque debilitatem movebunt.

Congestiones ad pulmones, vel in pronitate ad vomitum cruentum et haemoptysin vomitoriorum usum aeque vetant, ac insignes congestiones ad caput, nasum et cerebrum.

Maxime ventriculi partiumque vicinarum inflammatio vomitioni obstat, quum periculum

sit, ne vehementiori irritatione in gangraena illa transeat.

Postremo in iis hominibus, quibus qua apathia in vomitoria inest, etiam vomitu movere non expedit.

Cap. V.

DE LEGIBUS ET CAUTELIS IN VOMI-TORIORUM USU RESPICIENDIS.

Vomitoriorum effectum organismi oecono-miae esse violentissimum et vehementissimum neminem nostrum fugit, igitur eorum usus quam cautissime sane adhibendus est. In iis casibus, quibus non conditio est, ut vomitus celer et vehemens excitetur, alia remedia an-tecedant necesse est. In morbis biliosis uti-mur acidis vegetabilibus, tamarindis, tartaro depurato, oxymelle; gastrici morbi et pituitos salium neutrorum, natri sulphurici, Kali tar-tarici, acetici, ammonii muriatici refractas do-ses requirunt.

Ventriculo torpore laborante primum vesi-catorium aut rubefaciens in epigastrico ponen-dum, deinde autem, simulac dolor urens sen-titur, vomitorium adhibendum est. Spasmus ventriculi atque universi abdominis, antispas-modica, Inf. Menthae, Valerianae, Chamomil-lae cum Aethere acetico etc. requirunt.

Si diarrhoea aeger laborat, aut laxantem modo medicinam adhibuit; si fortasse nimis dilata est vomitio, ita ut vomitorium incaute suppeditatum loco vomitus diarrhoeam excitare aut utrumque effectum habere possit: multum sane refert, ne diarrhoea excitetur, unica et magna uti medicaminis dosi, exempli gratia Ipecacuanhae cum sulphure stibiato aurantiaco conjunctae.

Congestionis, haemorrhagiae atque inflammationis periculum venaesectione, alvus autem adstricta clysteribus amoveatur.

Praeterea notatu dignum, melius et facilius vomere aegros tempore antemeridiano, in lecto recumbentes. Ubi primum vomitorium datur, multum bibere aegroto non licet, sed ubi ad acmen actus pervenit, aqua tepida salsa, decoctum avenae tenue, infusum Chamomillae aliarumque herbarum pro potu, maxime juvatur.

Vomitui ultra modum e vomitorio orto, prae omnibus, pulvis aërophorus, potio Riveri, parva opii copia, fomenta aromatica, unguenta et emplastra in epigastrio ponenda, vesicatoria, rubefacientia proderunt. Vomitus a tartaro stibiato excitatus prae ceteris aceto mitigari dicitur.

Finita tandem vomitione cubitum ire atque

analepticis uti, ut plurimum convenit. Alvu[m], quum post vomitum habeatur utilissima sede[s], nisi sponte deponatur, clystere cienda es[t]. Sin vero diarrhoea vehemens viresque exhau-riens sequitur, opio cum aqua aromatica mixt[o] sanari poterit.

Jam restat, ut de nausea etiam ac taedio, quo medendi causa crebro utuntur, pauc[a] dicam. Refractae vomitoriorum doses tamets[i] taedio continuo, quod idem in universum vo-mitu celeriter fieri solet, longiori temporis spatio minorique vehementia efficiant, alia ta-men ratione adhibentur. Quid enim commod[i] e taedio capiendum esset, ubi sordes amovere corpora aliena ejicere, morbi paroxysmum celeriter supprimere debemus? Quae medend[i] methodus in universum certe salutaris, s[i] turba magna, quam vomitus moveret, corpus detrimentum caperet, si taedii longinquitas magis, quam vomitus usui esse videretur. At qui nostra maxime interest, morbos cert[e] cognoscere, quorum alii vomitoriis, alii re-fracta modo dosi indigent. Hydropicis, ascit[e] laborantibus doses refractae, praesertim tar-tari stibiati, prosunt; granis autem Ipecacuan-hae paucis, uno vel duobus, taedii causa ad-hibitis morbi animi et nervorum, vesania

spasmi, herniae spastice praeclusae crebro sanantur.

Cap. VI.
DE VOMITORIIS SINGULATIM.

Multae exstant res, quae saepe vomitum ciere possunt, quas tamen vomitoriis sensu strictiori ut adnumerent, medici idoneas non habent. Huc spectant, ut ex omnibus aliquot memorem: ciborum repletio nimia ventriculi, graviditas, profectio maritima, adspectus rei nauseosae, hydrargyrum corrosivum magna in quantitate sumtum. Sub vomitoriorum enim nomine medicamenta modo intelligimus, quae, necessitate urgente propinata, vomitum movent salutarem; quorum efficacissima hoc loco sequantur: ex regno vegetabili: radix Ipecacuanhae; ex regno minerali: Zincum et cuprum sulphuricum; omnia fere stibiosa oxydula, quorum praestantissimus et usitatissimus est Tartarus stibiatus. —

1) ***Radix Ipecaçuanhae.*** Cephaëlis Ipecacuanha *Willd.* planta perennis, in America meridionali nascitur. Totius plantae explicationem proponere, haud opus esse videtur, quia sola radice in usu medico est, et illa in schedulis botanicis satis superque est descripta. Radix est aliquot pollices longa, cylin-

drica, ramosa, tenuis, flexuosa, verucis eminentibus inaequabilibus numerosis, substantia extus nigricante grisea, intus albicante instructa, amaro et acri nauseoso sapore.

Usus hujus radicis a saeculo XVII. innotuit, ubi *Guil. Piso* ejus jam 1649 mentionem fecit.

Generaliter Ipecacuanha lenissimum vomitorium habetur, itaque in hominibus magna sensibilitate praeditis, feminis et pueris tenerrimis adhibenda est. Quia non tam vehementer, ut antimonialia agit, ventriculum et tractum intestinorum minus debilitat et conterit, sed potius roborat, etiam si aegrotus propensior est ad diarrhoeam, longe aptiorem ejus usum esse judicaverim. Itaque jam a multis ad hunc finem antimonialibus praelatam esse, satis constat.

Omnino tamen omittenda est, si ventriculus tenace et viscido muco jam per longum tempus est obrutus, alvus adstricta, corpus athleticum robustumque, venena corpori inducta sunt, ut permagni nostra intersit, ventriculum quam celerrime ab iis liberari.

Quo recentior et quo tenuiorem radix Ipecacuanhae in pulverem redacta, quo melius in vasis bene obturatis reservata est, quo

pauciores fibrae sunt lignosae ei admixtae, eo efficacior est habenda.

Dosis in pulvere alcoholisato, pro varia aetate ac irritabilitate aegri varia est; infantibus a granis tribus ad decem, adultis a scrupulo uno ad drachmam dimidiam datur. Tartari stibiati exigua dosis admixta efficit, ut vomitorium vim certiorem et celeriorem habeat.

2) *Tartarus stibiatus* omnium vomitoriorum usitatissimum, ex antimonio varia ratione praeparatur. Pharmacopoea novissima nostra ad parandum Tartarum stibiatum uti jubet aequalibus Oxydi Antimonii et Cremoris Tartari portionibus, formulamque hanc proponit:

℞. Stibii oxydati grisei
Tartari depurati
Aquae destillatae singulorum uncias quatuor.

In vase porcellaneo mixta digerantur per horam, calorem sub finem ad 80° augendo. Tum adde

Aquae destillatae fervidac quantum satis,

ut pondus totius liquoris adhuc calidi filtrati sit librarum quinque, quem lege artis in crystallos redige. Has tritas in

Aquae destillatae frigidae partibus quindecim

solve. Liquor filtratus denuo in crystallos redigatur, quarum albissimas in pulverem sub-

tilissimum tere in vitro bene obturato caute servandum. (*Pharmac. borussica*, Ed. 5, p. 247).

Tartaro stibiato locus est, ubi cito vomitum provocare simulque alvum exonerare animus est, si igitur ab heterogeneis ventriculum et intestinum duodenum liberare volumus. In affectionibus gastricis, biliosis, mucosis conducit praecipue sordibus sursum turgescentibus. In dysenteria laudatur, si materia in primis viis haeret, quae fovet stimulum; hic autem praeferamus Ipecacuanham utpote qua spasmus intestinorum melius tollitur. Si vomitoria indicata sunt, ut per concussionem et per peculiarem stimulum in totum organismum agatur, ut actiones vasorum mutentur, secretiones cutis, renum, pulmonum aliorumque organorum augeantur, et actiones systematis nervosi temperentur, tartarus stibiatus primum locum obtinet. Ideo adhibeas eum, quando functiones organorum respirationis sustentari, sputum augeri, aut actiones horum organorum mutari velis, in spasmo, tussi convulsiva, angina membranacea et asthmate, quando in cerebrum agere velis, sopore laborantium a venenis narcoticis in ventriculum inductis, orto, aut a gastricis affectionibus pendente ut in submersis, in suffocatis et asphyxia labo-

rantibus, dummodo venaesectio antea instituta sit. Commendatur tartarus stibiatus, si ob cutis vitiatam functionem exanthemata retrogressa iterum provocarc velis. In febribus intermittentibus aliisque in morbis periodicis ita efficax est, ut saepissime eo solo adhibito removeantur. In morbis mentis, mania et melancholia iterum iterumque tartarus stibiatus laudabitur.

Dosis tartari stibiati ad emesin efficiendam aegri aetate et constitutione variat a gr. $\frac{1}{16}$ ad gr. IV.

Quoad formam qua detur, plerumque prae omnibus ad vomitum excitandum, solutio granorum trium aut quatuor in aquae destillatae unciis quatuor, praeferenda est: sumuntur tunc duo cochlearia, deinde durans per horae quadrantem, unum cochlear donec ter quaterve sequatur vomitus. In morbis mentis summoque torpore laborantibus majores doses adhibeantur necesse erit; in quibus casibus pulveris forma quoque commendatur. Infantibus teneris, ad vomitum ciendum porrigi solet vinum stibiatum propter mitiorem effectum: quater per horam cochlear minus, donec oriatur vomitus.

3) *Zincum sulphuricum* in apta dosi adhibitum, valens vomitorium sed omnino in-

noxium est. Pharmacopoea borussica ad id parandum nobis praescribit:

℞. Zinci in frustula parva diffracti quantum placet

solve in

Acidi sulphurici crudi cum partibus quinque Aquae communis diluti quantitate sufficiente.

Solutionem, zinci copia nova addita, sepone, donec metalla heterogenea praecipitata fuerint, tantillo ferri hoc modo non separabili excepto. Tum filtra, et lege artis in crystallos redige, quas siccatas serva. (*Pharmacop. borussic.* Ed. 5. p. 268).

Crystalli inde ortae prismaticae, saporis constringentis metallici in aëre fatescentes, in duabus aut tribus partibus aquae, nec in alcohole solubiles sunt.

Adhibendum est zincum sulphuricum morbis mentis aliisque morbis nervosis laborantibus, praecipue autem in hominibus qui venena narcotica sumserunt. Recentioribus temporibus alii membranacea angina laborantibus pro usitatis emeticis dederunt et commendarunt.

Quoad formam qua detur zincum sulphuricum, tam ejus solutio quam pulveris forma adhiberi potest.

Dosis variat ex communi praescripto a gr. iii ad gr. x. *Cooper* homini, qui tincturae opii sex uncias sumserat, sesqui drachmas fausto cum successu et postea insuper cupri sulphurici drachmam dimidiam dedit.

4) *Cuprum sulphuricum* vomitorium celerius ac vehementius efficiens quam zincum sulphuricum, sed non omnino tam innoxium est, quam illud. Praeparatur hoc modo:

℞. Ramentorum Cupri partem unam
Immitte in retortam vitream et affunde
Acidi sulphurici crudi partes tres
antea cum
Aquae destillatae parte una

mixtas. Retortam in balneo arenae igni expone, ut cuprum, abigendo acidum sulphurosum, solvatur. Massam remanentem contritam in

Aquae destillatae fervidae quantitate sufficiente dissolve, solutum filtra, et lege artis in crystallos redige, quas siccas serva. (*Pharmac. borussic.* Ed. 5. p. 155).

Cupri sulphurici usus ad vomitum excitandum in angustis finibus continetur, et praecipue in illis casibus adhibetur, in quibus zincum sulphuricum nullo effectu fuit.

Dosis ad vomitus excitandi scopum variat a granis tribus ad grana decem: e. g.

℞. Cupri sulphurici grana decem
solve in
Aquae destillatae unciis tribus
Detur omni horae quadrante cochlear
unum, donec subsequatur effectus.

VITAE ET STUDIORUM CURSUS.

Ego Fridericus Eduardus Engelhardt, confessioni addictus evangelicae, die XXVII. m. Maji MDCCCX Landsbergae ad Wartham, natus sum patre Friderico Bernhardo Engelhardt, regi a consiliis intimis, matre Henrica e gente Tortilovius, quos parentes incolumes adhuc pia mente veneror. Parentes Berolinum adeuntes secutus sum, ibique anno aetatis sexto primis literarum elementis privatim imbutus, serius vero in schola Professoris Plamann, qui anno praeterlapso proh dolor! morte absumtus est, discipulorum numero adscriptus, et per quinquiennium virorum doctissimorum institutione usus sum. Anno MDCCCXXII Gymnasium Friderico-Werderianum aggressus sum, ubi superiores classes per quadriennium frequentavi. Tum artis pharmaceuticae discendae causa, Perlebergam me contuli, ubi apud pharmacopolam Schultze pharmaciam, chemiam, botanicen, nec minus ceteras literas pro viribus meis colui. Anno autem MDCCCXXX Berolinum redii, et in officina pharmacopolae Simon per an-

num munere pharmaceutae functus sum, quo tempore botanicen tam theoreticam quam practicam Beat. Hayne me docuit. — Examine abiturientium rite absoluto, anni MDCCCXXXI mense Majo ab Ill. viro Boeckh, t. t. Rectore Magnifico in civium academicorum numerum receptus, et ab Ill. Fr. Hufeland, t. t. Decano spectabili, medicinae studiosis adscriptus sum. Inde ab illo tempore his interfui praelectionibus:

Ill. H. Ritter de logice; Cel. Turte de physice experimentali; Ill. Mitscherlich de chemia experimentali; Ill. Schlemm de osteologia et de syndesmologia; Beat. Rudolphi de encyclopaedia et methodologia medica, de anatomia organorum sensuum et foetus humani, nec non corporis humani universa, de physiologia et de anatomia comparata; Cel. Eck de pathologia et therapia generali; Ill. Bartels de pathologia et therapia speciali et de aphorismis Hippocratis; Ill. Horn de syphiliticis morbis vesaniisque; Ill. Rust de chirurgia generali et speciali; Cel. Casper de medicina forensi; Ill. Kluge de arte obstetricia. In arte cadavera rite secandi Beat. Rudolphi et Ill. Schlemm mihi duces fuerunt.

Exercitationum clinicarum duces et moderatores clarissimi fuere mihi: medicarum: Ill. Bartels, Cel. Barez, Cel. Truestedt, Cel. Wolff; chirurgicarum: Ill. Rust et Cel. Dieffenbach; ophthalmiatricarum: Ill. Juengken; obstetriciarum: Ill. Kluge.

Quibus illustrissimis et celeberrimis quod usus fuerim praeceptoribus, jure mihi gratulor; semperque illis quam maximam gratiam me habiturum esse spondeo. Prae omnibus aliis vero nulla unquam oblivio celeberrimi et summe mihi venerandi Truestedt in me meritorum memoriam delebit, qui praestantissimis non solum institutionibus clinicis per annum ad erudiendum me tironem longe plurimum contulit, sed et tanta benevolentia me

persecutus est, ut valde dubitem, num pietas, qua illum veneror, beneficiis in me collocatis par sit.

Ut legi reipublicae satisfacerem, per annum in equitum hastatorum cohorte, medici inferioris ordinis munere functus sum, quod ad officium persolvendum insigni superioris medici Cel. Hartmann gratia sum adjutus, inprimis cum per tres menses in nosodochio hujus cohortis versarer.

Tentaminibus vero et philosophico et medico, atque examine rigoroso coram gratiosa facultate medica superatis, spero fore, ut, dissertatione thesibusque defensis summi in medicina et chirurgia honores in me conferantur.

THESES.

1. Inter catarrhum et dysenteriam maxima est similitudo.
2. Pollutiones nocturnae ad naturales viri excretiones nullo modo referendae sunt.
3. Therapia generalis magis scientiae, therapia specialis magis artis characterem prae se fert.
4. Praedispositio, non morbus hereditate propagatur.